



Quaest. 8 An detur in Deo decretum efficax?
bilitate huius quaestionis. cur vocatio et gratia Dei in uno
sit efficax, non vero in altero. 5ta. an tale decretum sit ad
mittendum ex absurdis, et inconvenientibus quae sequuntur ex adversa
sententia? 6ta. an decretum de se efficax sit admittendum
pro statu innocentiae Angelorum, et hominum? Hic pro scilicet.

Dico 5. dari decretum d. de se efficax circa
actus nostros liberos. Contra ex S. Script. Obs. 1. ex ipsa
S. Script. Ester 13. Non est qui possit tuae resistere voluntati. si de-
creveris salvare Israel. item Rom. 9. voluntati eius quis re-
sistet? Similia invenies Isaiae 14. et c. 6. consilium meum
stabit, et omnis voluntas mea fiet. atqui isti textus non possunt intelligi
de decreto indifferenti, et expectante determinationem liberi arbitrij
nostri, ac quando cum moralitatem movere, seu excitare, quod.

Deinde ex hoc tenta sic argumentor. si voluntas creata posset
resistere voluntati d. vel talis resistentia esset cum influxu Dei
sine influxu eius? neutrum potest dici quod sequela non constat. Probatur
non 1. quia si esset cum influxu Dei, iam esset cum voluntate Dei hoc
ipso, qui influxus ille libere oriretur a Deo: quod non resisteret